



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Laudans inuocabo dominum: Et ab inimicis meis saluus ero.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

atram in finem, hic saluus erit. Hac quinq^u Paulus Ro. viii, sed alio ordine
potest, Nec instantia, nec futura, nec fortitudo, nec altitudo,
ne profundum, nec creatura alia potest nos separare a charitate dei.

Sequuntur uirtutes actiæ & propulsoræ.
Prima est scutum seu protector meus, oportet enim inuasorum hostes, esse
armatum, quo cœla ignita inimici excipiens possit penetrare & cadere hostes,
secundum non eger, qui ad refugium currit.

Virtutes

actiæ.

Altera est cornu salutis, uirtus ipsa qua pugnat & uincit, qua mihi uidetur
ele poetas uerbi sue fiducia predicandi, sic enim apud Micheam. iij. dicit:
Sic & tritum filia Zion, quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas
pona creras, & comines populos multos, & interficies domino rapinas eo/
rum, & fortitudinem eorum domino universæ terra. Triturare, esse idem quod præ/
dicare, Apostolus. i. Cor. ix. pbat. Non alligabis os boui triturationi. At cornu fer/
uum & unguibus creras, quid fuit, nisi illud Christi. Ego dabo uobis os & sapientiam,
qui non poterunt contradicere & resistere omnes aduersarij uestrj. Itaque
cornu salutis dicitur, quia hostes superat, & salutem ex inimicis facit. Luca. iiij.
Sunt qui ex cornu regnum faciunt, nec id absconsum est, cum regnum Christi, non nisi
in verbo ueritatis consistat, hoc uere est regnum salutis, quod uincit omnia.

Triturare est
predicare.

Tertia, uisceptor meus, seu exaltator meus, id est, in quo super hostes eleuando
dicitur Ila. ix. Et eleuabit dominus hostes Razin super eum. Videmus autem
mirabilem uirtutem Christi & sanctorum eius, Prior est uirtus passiva, qua perficit
actum, ut Paulus dicit: Virtus in infirmitate perficitur. Ita mundus non alijs
annis uictus est, quam patientia & uerbo dei, sicut in Isaia. iij. dicit: Et erunt capie
tes eos, qui se cooperant & subiungent exactores suos. Et Iohel. iij. Infirmus di
cat, quia ego fortis sum. iiij. Reg. xxij. huic uersui additur: Et refugium meum &
saluator meus, de iniuria liberabis me. quod quare in hoc psalmo omissum sit
ignoro.

Laudans inuocabo dominum: Et ab inimicis meis saluus ero.

Vbi titulus, qui dicit, hoc cantum esse dictum, liberato ab omnibus inimicis
David, & recitat in persona resurgentis Christi? Certe hic aliud dici non potest,
quam quod Augustinus censet, totum Christum, id est, Christum cum corpore &
pro corpore suo loqui, quod est Ecclesia, qua semper uincit, semperque pugnat,
& superat, prateritis malis paratur ad futura mala superanda. Aut si in perso
na Christi sustendum est, conuenit hoc intelligi dicta, pro magnitudine affe
ctus erga deum, quo offert promptitudinem animi sui ad plura ferenda, si de
us uelut hic epistola. xvij. Paratus cor meum, deus, paratus cor meum, Et. xxv. Pro
ha me domine & tenta me, ure cor meum & renes meos. Sic enim liberatus a
malis, & diuinam uirtutem expertus, non aliud cupit quam iterum pati, ut iterum
uirtutem diuinam experietur, nasciturque ex his, quedam mirabilis patendi sitis,
& inastimabilis fiducia in dulcedine dei.

Omnia tamen ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consola
tionem scripturarum habeamus. Ideo enim quintuplicem uirtutem patiem
tum, & triplicem agentium descripsit, ut nos erudiret, nihil esse tam malum, tam
multum, tam magnum, tam potens, tam diuurnum, quod non queat uinci per
uirtutem dei, si in ea confidimus. Et tunc potissimum esse locum sperandæ uirtutis
in nobis, quando intruimus in nos mala, multa, magna, fortia, assidua, cum pro
prium di-

Ad patientiam
apparatus.

MAR. LUTHERI OPERATIO

prium diuinæ uirtutis sit infirmos, paucos, paruos, imbecilles, pusillanimes pruare, nō solū in malis pœnæ, sed & culpæ, Nā quæ esset dei uirtus, quæ solū pœnas, ac nō etiā peccata in nobis uinceret: adeo plenus est hic locus cōfessionis, cū naturæ contrariū uideat, & omnino desperatū, si irruat nō modo mala, sed multa mala, magna mala, potentia mala, & prolongata mala, Sicut in Apostolis uidimus, qui mox ut induit erant uirtute, ex alto non solum natiuitatem insurrexerūt, sed & multi, & magni, & potentes ad nocendum, dñe & pertinaces, & assidui, sicut psal. cxxviiij. supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.

Eodem modo, & in qualibet homine operâ satanas in quaconque priuata tentatione, libidinis, iræ, superbia, auaritiae aut ciuitatec malæ, ubi enim firmatum castitatis aut mititatis propositum inuenierit, non solū libidinæ aut iræ contra mouet, sed & uarias species adhibet cogitationi, tum eas magnificat, & incredibili astutia efficaces facit, tandem quos nec multititudine, nec magnitudo, nec efficacia uincere potest, sepius assiduate & tedio uiuunt, ut fessos supplici. O stulti & temerarij nos, liberi arbitrij & actuum elicitorum factores, quæ satanam dormire credimus, nec cogitationes eius, ex his locis scripturæ nobis ostensas, intelligere & prouidere discimus, ac sine pugna, securi solis actionibus bonis salvi fieri presumimus. Non sic impij non sic, hostis adeit, mulier, magnus, præualidus & infatigabilis, cuius ut multititudine, magnitudo, uertutem & pertinaciæ taceamus, simplicem etiā impugnationem non possumus ferre, nisi dominus fuerit uirtus nostra, cum nos per nosipios, citra hostis impetum, ad omne malum proni simus.

Qua autem fiet arte, ut in hac hostili multitudine, magnitudo, potentia, pertinacia, dominus sit uirtus nostra, firmamentum nostrum, refugium nostrum, liberator & adiutor noster? Respondebit, Ita fiet, si laudans inuoces dominum, hac enim laudatrice inuocatione, saluus eris ab omnibus inimicis, sicut Ro. x. ex Ioh. iiij. Omnis qui inuocauerit nomē domini, saluus erit. Et Proverb. xvij. Turris fortissima nomē domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Hec sane omnī nobilissima est in tribulatione, & tota aurea doctrina, optimū consilium, quo ab omnibus malis eruī possumus, si in tribulatione poterimus deum iustificare, benedicere, & prædicare, sicut exemplū trium puerorū monstrat, Danie. iiij. Deo nostro iustitia, nobis aut̄ confusio, sicut eſ dies hæc. Individuē est, q̄ efficaſ sit ista laus dei in periculis remediu, mox enim ut cooperis laudare deū, mitescit malum, crescit fiducia & sequit̄ fidens inuocatio.

Cauendum itaq̄ omnibus seruis dei, ne alio modo, vel alio ordine, aut consolari, aut uiuere tentent, q̄ hoc uersu præscriptum est. Nō primo inuocabis, sed primo laudabis, sunt enim qui clamāt & non exaudiuntur, ut hoc psalmo infra. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad dominū nec exaudiuit eos. Quare, quia non laudando, sed indignando clamauerunt, nō dulcem dominum sibi proposuerunt, sed suam tñ amaritudinem considerauerūt. An nemo liberatur a malis, intuendo horrescendoue mala sua, sed superando & inhæreſando deo & eius bonitatem intuendo, sicut psal. xv. uidimus. Prouidebam do- minum in conspectu meo semper, quoniam a dextris mihi est, ne commouear. O arduum consilium & rarum, facere sibi dulcem & laudabilem dominum in medijs malis, & robustius intueri absentē & incōprehensibilem, q̄ mala præsentia & illum intueri prohibentia, nō possum satis cōmendare huius optimi uersiculi gratiam & uirtutē, tam apte & significat̄ positis verbis.

Qui uero

Tentationes
Semper ingravent.

Aurea doctri-
na patientibus

Nō indignando
sed laudando
clamando ad
dominum.

IN PSALMVM XVII

367

Quero ab hac laude domini nō incipiunt uincere, sed ad hominū respe-
ctum solitudo, uel ad merita sua cōuertum seu futura uitæ melioris spei
apprindunt, non uincent unq; quia stat firma sententia: Laudans inuoca-
nus inimicis suis, & nullus alius sic superius ex Isaia, xlviij, retuli-
tus, infrenabo tuum laude mea, ne intereas. Et Isa. Ij. Dominus dedit mihi
fons cruditas, ut sciām sustentare eum, qui lassus est, uerbo, Hoc est quod
secundo praecepto nobis mandatur: Non afflimes nomē domini dei tui in ua-
num, Ex oramus. Sanctificetur nomen tuū. Hoc est quod tot laudibus dei hūc
p̄dū. incipit, & amore dei gestit, ut hoc uersuū uideat rationē reddere, cur sic in
comino glorietur & speret, q.d. sic enim oportet ab amore & laude incipi &
iuocari nomen domini. Experiāt modo quisq; & apprehendat laudem ali-
quām dei, ubi fuerit male affectus, & sentiet mox reueamen. Nam quāuis alia
confidatio, aut non prodest, aut fallaciter prodest, id est, maxime nocet, immo
idem facit, si uel beatam uirginem, aut aliquem sanctum, deniq; si pium homi
nū adiuc in terra uiuentem, in nomine discipuli domini laudaueris, tāta est
virtus & benedictio nominis domini, sic Gen. xij, ad Abraham dicitur: Bene-
dic am benedicibus tibi, & maledic am maledicentibus tibi, qua promissio-
ne certi sumus, nos benedici a deo, si sanctos eius benedixerimus, quanto ma-
gis si ipsum dominum benedixerimus. Ego fateor me s̄p̄cius hac ratione le-
uasse cor meum molestia sua.

Nota bene.

Circundederunt me dolores mortis.

Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Hieron. Quoniā circundederunt me funes mortis, torrentes Belial terru-
erant me, n̄ Reg. xxii, pro funes, alia dictio est hebraica q̄b hoc loco, quā Hiero-
nony, aranistūt coniunctiones, milīq; Reuchlin rectius hic, pro funes, collecti-
ones seu cumulos, ut, n̄ Reg. x. Obuium habebis gregem prophetarū, ut sit sen-
sus, Circūdedit me mors multis & magnis copijs, Ut copiæ mortis, cōponant
cum torrebus Belial, posteriore parte uersus, ut utrinq; magnitudinē & mul-
titudinem malorum exprimat, qua ceu uastis torrebus, & multis exercitibus
irruerint.

Dixerat & docuerat, Inuocandum esse dominū cum laude & amore, n̄s, qui
ab inimicis salui uelint fieri, Iam ita se fecisse recitat, & historiam suam narrat,
in exempla doctrina, quā dederat, incipiens ab inimicis omnium pessimis &
ultimis, morte & inferno. Et licet uerū sit, ipsum David fuisse has pœnas mor-
tis & inferni s̄p̄cius passum, ut crebro in diuersis psalmis confiteatur, imprimis
psal. cxvij. Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt
me, tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocau, Vbi pene
eadem uerba, nedum sententia, cum hoc loco conueniunt, tamen nos de Chri-
sto hūc psalmū cōsp̄imus intelligere, sensu interim generali omisso, ideo mor-
tem & infernum Christi hoc loco accipimus.

Hic autē uerius de morte, sequens de inferno loquitur, uterq; candem rem,
repetita sententia eloquens, idem enim est, circundederunt me dolores mor-
tis, quod torrentes iniquitatis conturbauerunt me, Et idem, Circundederunt
me dolores inferni, quod p̄occupauerūt me laquei mortis, Ita nos sentimus,
non refragantes, si quis hec quatuor uoluerit diuersa facere. Sunt etiam uerba
propre & grauiter posita, Circundederūt, non tantū occurserunt aut infectati

H n̄ sunt, sed